INCIPIT EPISTOLA DECRETALIS VICTORIS PAPAE DE PASCHA ET BAPTISMO ET RELIQUIS CAUSIS[1] THEOPHILO ALEXANDRINO EPISCOPO[2] DIRECTA.

[H. 1] Victor Romanae ac universalis ecclesiae archiepiscopus Theophilo episcopo et cunctis fratribus Alexandria[3] domino famulantibus salutem in domino.

Multa mihi gratulatio, dilectissimi fratres, quod[4] manifestato[5], sicut optamus, per gratiam dei lumine evangelicae claritatis et ab ecclesia iam magna ex parte perniciosi[6] erroris nocte depulsa[7] creditae[8] nobis dispensationis fructus crescit et augmentatur in domino. Celebritatem sancti paschae die dominica agi[9] debere et[10] praedecessores[11] nostri iam statuerunt et vos illud eadem die celebrare sollemniter[12] mandamus[13], quia non decet, ut membra a capite discrepent[14] nec contraria gerant[15]. A XIIII vero luna primi mensis usque vicesimo[16] primo eiusdem mensis die eadem celebretur festivitas.

[H. 2] Eodem vero tempore[17] baptisma[18] [19] celebrandus[20] est[21] catholicus[22], sed tamen[23], si

---

**Quellen:**

3: *Theophilo* sec. c. 3. vit. Vict. in libr. pontif.
5-7: *Multa - domino*, Leon.M. ep. 106. c. 1. (1,1157). Cf. Pelag. II. pp. ep. 1.
8-11: *Celebritatem - festivitas* sec. c. 2. 3. vit. Vict.
12-16: *Eodem - inveniantur* sec. c. 2. vit. Vict.

**Rezeption:**

5-11: *Multa – festivitas*: Coll. Ans. ded. XI,22.
8-10: *Celebritatem – gerant*: Ivo, Decr. IV,4 (10: *contraria*] *contra*).
8-11: *Celebritatem – festivitas*: Polycarpus, III,17,2.
8-16: *Celebritatem – inveniantur*: Ps.-Remedius c. 38.
12-18: *Eodem – reputantur*: Coll. Ans. ded. IX,7; Burchard IV,3 (*Eodem – tempore*] *In paschali vero tempore et Pentecoste*); Ivo, Decr. (*Eodem – tempore*] *In paschali vero tempore et Pentecoste*); Polycarpus III,10,4 (*Eodem – tempore*] *In paschali vero tempore et Pentecosten*).
12-18: *si – reputantur*: Ivo, Decr. I,52.
12-19: *Celebritatem – divinarum*: Gratian D. III de cons. c.22

---

[1] CAUSI *I83*
[2] EPISCOPO *fehlt I83; VD38*
[3] alexandriae *I83; VD38*
[4] quid *VD38*
[5] manifesto *I83; VD38*
[6] *interlinear* mortiferi *VD38*
[7] *am Rande* repulsa *VD38*
[8] *interlinear* commisse *VD38*
[9] *am Rande* fieri *VD38*
[10] ut *I83*
[11] predecessores *korr. aus* predecessoris *N442*
[12] *am Rande* honorifice *VD38*
[13] *am Rande* praecipimus *VD38*
[14] *am Rande* discordent *VD38*
[15] gerent *I83;* generent *VD38*
[16] vicesimo primo die] vicesimum primum diem *I83; VD38*
[17] tempus *VD38*
[18] *am Rande* vel mus *V630*
[19] baptismus *N442; I83*
[20] celebrandum *VD38*
[21] est *fehlt I83*
[22] catholicum *VD38*
[23] tamen si *korr. aus* tamen *O93*

necesse fuerit aut mortis periculum ingruerit[24], gentiles ad fidem venientes quocumque[25] [26] loco vel momento, ubicumque evenerit[27], sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus tantum christiana[28] confessione credulitatis[29] clarificata baptizentur. Ipsis[30] quoque, quod in baptismo polliciti[31] sunt, summopere est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi[32] vero, qui infidelitatis nota[33] asperguntur[34], infames efficiuntur atque inter fideles minime reputantur. [H. 3] Haec vero statuta nulla debent improbitate[35] convelli[36], nulla novitate mutari, quia alia ratio est saecularium[37], alia divinarum.

[H. 4] Audivimus[38] namque apud vos vestrosque diversa iudicia fieri et incerta iudicare[39]. Incerta, carissimi, nullatenus iudicemus, quoadusque veniat[40] dominus, qui latentia[41] producit[42] in lucem et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, quia, quamvis[43] vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis indiciis comprobantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iudiciario ordine

---

## Quellen:

18f.: *Haec - mutari*, Leon. M. ep. 104. c. 8. (1, 1149).
19: *quia - divinarum* ep. cit. c. 3. (paullo antea). Cf. Eutic. 6, Fel. II. pp. 12. xvii.
21-25: *Incerta - publicantur,* Ben. III. 259. (Isid. syn. lib. II. no. 86). Cf. Praef. 5, Sixt. II. pp. 7, Iul. 12.

## Rezeption:

18f.: *Haec – divinarum*: Coll. Ans. ded. VIII,66.
20-25: *Audivimus – publicantur*: Ivo, Pan. IV,113 (23: *quia*] *Unde Augustinus in libro De poenitentia*).
20-27: *Audivimus – deinceps*: Coll. Ans. ded. III,168.
20-41: *Audivimus – violari*: Ivo, Decr. V,244 (25-27: *Similiter – deinceps* fehlt; 33-35: *cum – caelis* fehlt).
21-25: *Incerta – publicantur*: Gratian C. XXX, q. 5, c. 9 dict. p.
23-25: *quamvis – publicantur*: Deusdedit IV,317 (23: *quamvis*] *Quamquam*).

---

24 *am Rande* institerit inruerit *VD38*
25 *am Rande* quocumque omni *VD38*
26 quocumque *korr. aus* quoque *VD38*
27 *am Rande* acciderit *VD38*
28 christiane *VD38*
29 credulitas *V630*
30 Ipsis quoque, quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur *fehlt V630*
31 *am Rande* proposuerunt *VD38*
32 Ipse *V630*
33 *am Rande* macula *VD38*
34 aspergunt *I83*
35 *am Rande* contrarietate inperfectione *VD38*
36 *am Rande* destrui *VD38*
37 saecularum *V630*
38 *am Rande* Exempla victoris pape theophilo alexandrino episcopo directa Quod nullatenus credenda sunt nisi que manifesto iuidico conprobantur *VD38*
39 iudicari *VD38*
40 veniet *I83*
41 *interlinear* abscondita *VD38*
42 producet *korr. aus* producit *N442;* producet *I83*
43 quavis *I83*

publicantur. Similiter ea vos iudicare ad apostolicam delatum[44] est sedem, quae praeter[45] nostram[46] vobis definire non licet auctoritatem[47], id est, episcoporum[48] [49] causas, unde ita[50] constitutum liquet[51] a tempore apostolorum[52] et deinceps.

[H. 5] Placuit, ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in[53] aliqua causa episcopus[54] licenter appellet et adeat[55] [56] apostolicae sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret, et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam, quamquam comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definiri[57] inconsulto[58] Romano pontifice permissum est[59], cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit[60] domino: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis[61], et[62] quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis. [H. 6] Et alibi in[63] statutis legitur apostolicis: Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel

**Quellen:**

28-30: *Placuit - procuret* sec. tit. c. 7. conc. Sard.(D.). Cf. Sixt. II. pp. 2, Iul. 12. (Marcelli 2).
30-33: *et - est* sec. c. 4. conc. Sard. aut Ben. II. 401. III. 103. Cf. Eleuth. 2, Sixt. II. pp. 2, Iul. 12.
34f.: *Quaecumque - caelis*, Matth. XVI. 19.
36f.: *Si - sedem*, c. 5. Angilr. (c. 17. conc. Chalc. H.). Cf. Sixt. II. pp. 3, Iul. 12. (Ann. 4, Iul. 12, Fei. II. pp. 4, 12. xx.).

**Rezeption:**

25-27: *ad – deinceps*: Anselm v. Lucca II,9 (s. auch 39-41); Bonizo IV,55 (s. auch 39-41).
25-33: *ea – est*: Ps.-Remedius c. 39.
25-41: *ea – placuerit*: Deusdedit I,69 (34f.: *ligaveris –caelis*] *ligaveris et reliqua*; 38f.: *Nihil – violari* fehlt); Polycarpus I,6,3 (25: *ea vos iudicare* nach *sedem*; 26: *unde*] *quod*; 28-31: *Placuit – quoniam* fehlt; 35: *et quaecumque – caelis* fehlt).
28-33: *Placuit –est*: Sentenzen c. 83; Anselm v. Lucca II,81.
28-35: *Placuit – caelis*: Coll. Ans. ded. I,15; Burchard I,176.
28-39: *Placuit – violari*: Ivo, Decr. V,4 (33-35: *cum – caelis* fehlt).
31-33: *quoniam – est*: Ivo, Pan. IV,134 (Inskription: *Zephirinus*).
35-42: *Et alibi – iudicandum*: Coll. Ans. ded. I, 94.
36f.: *Si – sedem*: Deusdedit I,13 (s. auch 39-41); Ivo, Pan. IV,126; Gratian C. II, q. 6, c. 7.

---

[44] *am Rande* denunciatum est *VD38*
[45] pariter *VD38*
[46] nostra *VD38*
[47] auctorite *VD38*
[48] *am Rande* De accusatis episcopis episcopis *V630*
[49] episcorum *I83*
[50] iam *VD38*
[51] *interlinear* latet *VD38*
[52] episcoporum *V630*
[53] in *fehlt VD38*
[54] episcopis *VD38*
[55] *am Rande* vadat *VD38*
[56] audeat *VD38*
[57] definire *N442; VD38*
[58] *am Rande* non interrogato *VD38*
[59] est *fehlt I83*
[60] sit] sit a *I83; VD38*
[61] caelis *korr. aus* caelos *O93*
[62] et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis *fehlt N442*
[63] in statutis] in institutis *korr. aus* institutis *V630;* institutis *N442*

primatem[64] dioceseos aut penes universalis apostolicae ecclesiae iudicetur sedem. Nihil[65] aliud est, frater[66], talis praesumptio nisi apostolorum suorumque[67] successorum terminos[68] transgredi eorumque decreta violari[69]. Culpantur enim, ut scriptum est, fratres[70], qui aliter circa episcopos iudicare praesumunt, quam apostolicae sedis papam[71] fieri placuerit[72]. Et quis est, qui iudicat eum, quem dominus sibi et huic sanctae sedi reservari voluit iudicandum?

Ait namque dominus per Isaiam prophetam: Dominus[73] deus auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui[74] faciem meam ut petram durissimam et scio, quoniam[75] non confundar, iuxta est, qui iustificat me. Quis contradicit mihi? Stemus simul. Quis est adversarius meus? Accedat ad me, ecce dominus deus auxiliator meus, quis est, qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum[76] audiens vocem servi sui? Quis ambulavit in tenebris, et non est lumen ei? Speret in nomine domini, et innitatur[77] super deum suum. Ecce omnes vos[78] accendentes[79] ignem, accincti flammis ambulate in lumine ignis vestri et flammis[80], quas succendistis. De manu mea factum est hoc[81] vobis, in doloribus dormietis. Audite me[82], qui sequimini, quod iustum est, et quaeritis dominum[83], attendite ad petram, unde excisi estis, et

**Quellen:**

39-41: *Culpantur - placuerit,* cf. Sixt. I. pp. 5, Sixt. II. pp. 2, Iul. 12.
41f.: *Et quis - iudicandum*, Isid. syn. libr. II. no. 86. aut Ben. III. 259. 373. aut c. 12. (bis) Angilr. (c. 51). Cf. Alex. 7, Eleuth. 5, Fab. 17, Sixt. II. pp. 7, Euseb. 8, Iul. 19.
43-51: *Dominus - dormietis,* Ies.L. 7-11.
51-66: *Audite - generationum*, Ies. L. 1-8.

**Rezeption:**

39-41: *Culpantur – placuerit*: Anselm v. Lucca II,9 (39: *enim* fehlt) (s. auch 25-27); Deusdedit I,13 (s. auch 36f.); Bonizo IV,55 (39: *enim* fehlt) (s. auch 25-27).

[64] primatem *korr. aus* privatem *V630*
[65] Nil *O93; I83*
[66] fratres *V630*
[67] eorumque *I83;* suorumque] et eorum *VD38*
[68] *am Rande* statuta transcendere *VD38*
[69] *am Rande* corrumpi *VD38*
[70] frater *VD38*
[71] papae *I83; VD38*
[72] *am Rande* Usque hic *VD38*
[73] Domine *N442; VD38*
[74] posuit *VD38*
[75] quia *V630*
[76] deum *I83; VD38*
[77] *am Rande* confidat *VD38*
[78] vos *fehlt VD38*
[79] accedentes *O93*
[80] flammis *korr. aus* flammas *V630*
[81] hoc *fehlt VD38*
[82] me *fehlt VD38*
[83] deum *I83*

ad cavernam laci, de qua praecisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Sarram, quae peperit vos, quia unum vocavi eum et benedixi ei et multiplicavi[84] eum. Consolabitur ergo dominus[85] Sion et consolabitur omnes ruinas eius et ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem[86] eius quasi hortum domini. Gaudium et laetitia[87] invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad[88] me, populus meus et tribus mea, me audite, quia lex a me exiet, et iudicium meum in lucem[89] populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est salvator meus, et brachia[90] mea populos iudicabunt[91]. Me insulae[92] exspectabunt et brachium meum sustinebunt[93]. Levate in caelum oculos vestros et videte sub[94] terra[95] deorsum, quia caeli sicut fumus liquescent et terra sicut vestimentum atteretur[96], et habitatores eius sicut haec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis[97] iustum, populus[98], lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam[99], sic devorabit[100] eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea in generatione[101] [102] generationum. Multis[103] mundi[104] huius[105] illecebris[106], multis vanitatibus resistendum est, ut verae caritatis et continentiae obtineatur integritas[107].

**Quellen:**

66-68: *Multis - integritas*, Leon. M. ep. 106. c. 1. (1, 1159). Cf. Calist. 5.

[84] multiplicavu *I83*
[85] dominus Sion] sion dominus *V630*
[86] solitudines *VD38*
[87] letitiam *O93; I83; VD38*
[88] ad me *fehlt V630*
[89] luce *VD38*
[90] brachia mea *interlinear* vel um um *V630*
[91] iudiiudicabunt *N442;* iudicabit *V630*
[92] insille *VD38*
[93] sustinebit *V630*
[94] in *I83*
[95] terram *VD38*
[96] *am Rande* contereturr *VD38*
[97] scitis *korr. aus* scitis *VD38*
[98] populum *I83*
[99] lana *N442; I83; VD38*
[100] devorabitur *VD38*
[101] generationes *N442*
[102] generationum] et generationem *VD38*
[103] Multis *korr. aus* Multi *V630*
[104] mundi huius] huius modi *VD38*
[105] *am Rande* talibus *VD38*
[106] *am Rande* irritationibus *VD38*
[107] *am Rande* perfectio *VD38*

Dominus enim nullum vult[108] perire, sed omnes salvos fieri. Certus autem sum vos ad haec emendanda vel defendenda domino auxiliante proficere. Data XIII[109] Kal. Augusti Commodo et Graviano vv. cc. conss.

**Quellen:**

69: *Dominus - fieri*, II Petr. III. 9. I Timoth. II. 4.
69f.: *Certus - proficere*, Leon. M. ep. 115. c. 2. (1,1205).
Nota cons. des. ex c. 1. vit. Vict. in libr. pontif.

---

[108] vul *I83*
[109] XIIII *VD38*